

# EXAMEN DE FIN D'ÉTUDES SECONDAIRES CLASSIQUES

## Sessions 2023 – QUESTIONNAIRE ÉCRIT

Date :	25.09.23	Durée :	14:15 - 16:15	Numéro candidat :	
Discipline :	Latin	Section(s) :	CA / CA-LSCO / CA-MAT / CB / CC / CD / CE / CF / CG / CG-COMED / CI		

### Texte connu (30 points)

Neque enim est hoc dissimulandum, quod obscurari non potest sed p[re]ae nobis ferendum : trahimur omnes studio laudis et optimus quisque maxime gloria ducitur. Ipsi illi philosophi etiam illis libellis, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt ; in eo ipso, in quo praedicationem nobilitatemque despiciunt, praedicari de se ac nominari volunt. [...] Certe si nihil animus praesentiret in posterum et si, quibus regionibus vitae spatium circumscriptum est, isdem omnes cogitationes terminaret suas, nec tantis se laboribus frangeret [...] nec totiens de vita ipsa dimicaret. Nunc insidet quaedam in optimo quoque virtus, quae noctes ac dies animum gloriae stimulis concitat atque admonet non cum vitae tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adaequandam.

Cicéron, *Pro Archia*, XI, 26-XI, 29 [*passim*] [113 mots]

### Texte inconnu (30 points)

Dans le *De Vita Beata*, Sénèque expose la théorie stoïcienne de la vie conforme à notre nature et prêche le culte de la vertu. Dans cet extrait, il « répond à ses détracteurs » en mettant en évidence qu'un train de vie qui paraît luxurieux n'est pas incompatible avec la quête de la vertu du philosophe.

Si quis itaque ex istis, qui philosophiam conlaturant<sup>1</sup>, dixerit : « Quare ergo tu fortius loqueris quam vivis ? Quare cultius<sup>2</sup> rus tibi est quam naturalis<sup>3</sup> usus desiderat<sup>4</sup> ? Cur non ad praescriptum<sup>4</sup> tuum cenas ? Cur apud te vinum aetate tua vetustius<sup>5</sup> bibitur ? Cur arbores nihil praeter umbram daturae conseruntur<sup>6</sup> ? Quare uxor tua locupletis<sup>7</sup> domus censum<sup>8</sup> auribus gerit ? Adjice, si vis : [...] Cur turpiter aut tam neglegens<sup>9</sup> es ut non noveris pauculos<sup>9</sup> servos aut tam luxuriosus<sup>9</sup> ut plures habeas quam quorum notitiae memoria sufficiat<sup>10</sup> ? » Nunc hoc respondeo tibi : non sum sapiens [...], nec ero. Exige itaque a me, non ut optimis par sim, sed ut malis melior : hoc mihi satis est, cotidie aliquid ex vitiis meis demere<sup>11</sup> [...].

Sénèque, *De Vita Beata*, XVII, 1-4 [*passim*] [112 mots]

<sup>1</sup> *conlatro, as, are + acc.*

aboyer contre

<sup>2</sup> *cultus, a, um*

cultivé, soigné

<sup>3</sup> *desiderare*

(ici) réclamer

<sup>4</sup> *ad praescriptum*

d'après les ordres, selon les préceptes

<sup>5</sup> *vetustus, a, um*

vieux

<sup>6</sup> *consero, is, ere, -sevi, -setum*

planter

<sup>7</sup> *locupletis*

= *divitis*

<sup>8</sup> *census, us, m.*

le revenu

<sup>9</sup> *pauculi, ae, a*

diminutif de *pauci, ae, a*

<sup>10</sup> *quam quorum notitiae memoria sufficiat*

= *quam noscere possis*

<sup>11</sup> *demo, is, ere, dempsi, demptum < de + emo*

ôter, enlever